Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift

diuine dilectionis que mentes fidelium esurientes sitientesq:
iusticiam suauitatis interne dapib; pascant. Verum hec mentium
refectio stultis quidem sabbati defensoribus displicet. s; adhuc
sabbati pbatur. qm q̃ sola littere superficiem sequunt nec ueram
mentium refectionem nosse nec ad interna puenire animarum
requiem uolunt. Vnde temeritas eorum merito uertitur ore con
fundentium & subditur: Et ait illis. Nunq̃ legistis
q̃d fecerit dauid quando necessitatem habuit & esuriit ipse &
qui cum ipso erant quomodo intrauit in domum dei sub abiathar
principe sacerdotum. & panes ppositionis manducauit quos
non licebat manducare nisi sacerdotibus. & dedit eis q̃ cum eo erant.
Ad confirmandam calumpniam phariseorum ueteris recordatur hystorie quando dauid fugiens saulem uenens in nobe & ab abime
lech sacerdote susceptus postulauit cibos. Qui cum panes lau
cos non haberet dedit consecratos quibus non licebat uesci nisi solis
sacerdotibus & leuitis. & hoc tantum interrogauit si mundi
essent pueri a mulieribus. & illo respondente abstineri a mulieribus
tertio non dubitauit panes dare. melius arbitratus ppheta
dicente misericordiam uolo & non sacrificium defamis periculo ho
mines liberare quam deo offerre sacrificium. Hostia enim do pla
cabilis hominum salus est. Opponit q̃ dns & dicit. Si & dauid
ses est & abimelech pontifex auoq̃ non reprehendit sed legis
uterq: mandatum pbabili excusatione transgressi sunt. &
famis in causa est cur non eandem famem pbatis in aplis quam pba
tis in ceteris. Quamq̃ & in hoc multa distantia sit. Isti spicas
in sabbato manu confricant. illi panes comederunt leuita
cos & ad sabbati sollempnitatem accedebant. Neomenia enim
dies erant quibus in uitulo requisitus fugit exaula regia.
Figurate autem q̃d dauid & pueri eius panes accepere sanctificatos

.R.